

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Quartus De Vocatione.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191

De libero arbitrio hominis. 123

ipsumque hoc nomine celebrare; quidquid vero mali et impuri ex profunda labe nostra eis adhæret, nobis ipsis adscribere, et propterea submisso animo gratiam veniamque rogare, 1 Cor. XV, 10. 1 Paral. XXX, 10-14. Ps. XIX, 13. CXLIII, 2. Sir. XVIII, 6.

§. VIII.

Solatium est, (1) quod Deus tamquam Quodnam
amantissimus Pater hac ipsa miseria et im- solatium?
potentia nostra ad misericordiam commoveatur, Gen. VIII, 21. dummodo vocationis
sue ordinem ne prætermittamus. (2) Quod
per gratiam et virtutem suam in nobis efficere velir, quod naturalibus viribus efficere
ipsi non possumus, Ies. XLV, 24. 1 Cor. I, 30.
2 Petr. I, 3. (3) Quod omnes animi ac corporis vires per Christum, secundum Adamum, aliquando perfecte innouandæ, et
in prima sua, immo multo perfectiore, rectitudine instaurandæ sint, quemadmodum in primo Adamo fuerunt deprauatæ,
Apoc. XXI, 5. 1 Cor. XV, 28.

ARTICVLVS QVARTVS

DE

VOCATIONE.

§. I.

Postquam in tribus antegressis articulis Inter
hominem in duobus prioribus stati- hunc et
bus, *innocentiæ* videlicet et *peccati*, tres proxi-
specta- me ante-
cedentes

articulos spectauimus; sequitur iam, vt in *statu* repa-
 quam connexio? ratae per Christum *gratie* eum consideremus.

§. II.

Quot mo- In hac autem tractatione spectanda
 menta ge- sunt (1) *beneficia*, quibus Deus in hoc statu
 neratim homini sese manifestat, (2) *media salutis*,
 spectanda (3) *ordo*, ex parte hominum requisitus, et (4)
 sunt in *gratie participes*. Quum igitur ex diuinis
 tractatio- ne de sta- beneficiis, in hoc tertio statu considerandis,
 tu gratiae? primum sit *vocatio*, de hac ipsa in hoc ar-
 ticulo, ad sacrae scripturae ductum, bre-
 viter agendum erit.

§. III.

Cur ho- Beneficium vocationis homini *necessa-*
 mini hoc *rium* est propter profundam, in qua post
 benefici- lapsum haeret, *miseriam*. Etenim intellectu
 um neces- adeo occaecatus est, vt viam reparandae vnio-
 sarium? nis ac communionis cum Deo agnoscere non
 possit, Luc. I, 79. Rom. III, 17. voluntate au-
 tem a Deo per diffidentiam et odium ita est
 auersus, vt eum fugiat potius, quam qua-
 rat et cupiat; quemadmodum misera illa
 conditio in primorum hominum lapsorum
 exemplo, quasi in speculo, cernitur, Gen.
 III, 7. 8. 9. 10. Oritur autem hoc beneficium
 ex vniuersali et miserante *Dei amore*, quo
 motus omnes homines seruari vult, et ad
 veri cognitionem venire, 1 Tim. II, 4.

§. IV.

Vocans
 quis?

Igitur *Deus triumphans* est, qui homines
 lapsos ad se vocat amoremque illis suum de-

denuo adnunciandum curat. De *Patre* id speciatim adfirmatur 2 Tim. I, 9. de *Christo* Rom. 1, 6. Luc. XV, 4. Prou. I, 20. seqq. quippe qui non solum, quum in terra versatus est, vocem suam suauissime inuitantem sapissime intendit; (vid. Matth. XI, 29. XXIII, 37. Io. VII, 37.) sed postea etiam per seruos suos, quos eum in finem mittit et instruit, id fecit et adhuc facit, Eph. IV, 11. Prou. IX, 1. seqq. 2 Cor. V, 20. In primis *Spiritus sanctus* in hoc negotio se manifestat, vnde in tertio Symboli Apostolorum articulo ipsi speciatim tribuitur. Vid. etiam Matt. X, 20.

§. V.

Quamuis autem Deus omnes in vni-Quibus
versum homines *immediate* vocare posset, mediis
sicut protoplastos post lapsum Gen. III, 7. Deus ad
Abrahamum, Act. VII, 2. seqq. aliosque vo-
cavit; placet tamen ipsi plerumque *mediate* vocatio-
nem uti-
tur?
hoc facere. Primum quidem ob vocationis
necessitatem homini post lapsum scintilla
quædam diuinæ cognitionis vnà cum con-
scientia huiusque suggestionibus relicta est,
Rom. I, 19. II, 15. Deinde hunc in finem
Deus vniuersam naturam et opera creationis
nobis proposuit, c. I, 20. Ps. XIX, 2. Eo
etiam spectant beneficia omnia corporalia et
externa, Rom. II, 4. Act. XIV, 17. XVII, 25-27.
diuina item iudicia et calamitates, Gen. XLII,
21. seqq. Leu. XXVI, 39. 40. Deut. XXX, 1.
Ies. LVII, 17. Luc. XV, 15-17. Apoc. XI, 13.
XVI,

XVI,

XVI, 9. in primis morbi, Iob. XXXIII, 19. seqq. non minus bona aliorum exempla, 1 Petr. III, 1. Matth. V, 16. et cetera istiusmodi subsidia pædagogica, quibus Deus ad demonstrandam caritatem, sapientiam atque omnipotentiam suam hoc in negotio utitur. Vid. Iob. XXXIII, 17. 18. Matth. II, 3. XXVI, 75. Proprium autem et ordinarium medium vocationis est *verbum diuinum*, Rom. X, 14. Luc. XVI, 29. *legis*, Gal. III, 24. maxime vero *euangelii*, 2 Theff. II, 14. Rom. I, 16. ad quod publice prædicandum Deus *ministerium ecclesiasticum* instituit, (vid. supra §. I.) ita tamen, ut etiam alii, extra illud constitui, vi *sacerdotii spiritualis* debeant et possint virtutes eius, qui ipsos vocauit, decenti ratione inter se mutuo prædicare, 1 Petr. II, 9. Iac. V, 19. 20.

§. VI.

Quosnam
vocat
Deus ?

Quum Deus omnium hominum velit salutem, nemo autem per se ad eam venire possit; *vocatio eius vniuersalis* est, Pf. L, 1. Ies. XLV, 22. Matth. XXVIII, 19. Marc. XVI, 15. Luc. XXIV, 46. 47. 1 Tim. II, 4. 6. Mensura autem gratiæ, qua Deus homines vocat, non est erga omnes eadem, sed pro diuina ipsius æconomia et inexplicabili sapientia, reconditis etiam iudiciis, valde diuersa. Aliis enim copiosior, aliis parcior contingit; cuius tamen tanta, quanta ad consequendam salutem necessaria est et sufficit. Vnde ex illis, qui in tenebris manent, *excusationem*

nem

nem nemo habebit, Deut. IV, 7. 8. Pf. CXLVII, 19. 20. Matth. XI, 21-24. Act. XIV, 16. XVII, 30. (coll. Gen. XLIII, 34.) Rom. I, 20. Quanto autem largior gratia vocationis fuit, tanto grauiora iudicia malitiosum illius contemptum consequuntur. Prou. I, 24. Matth. X, 14. 15. XI, 21-24. XXIII, 37. 38. Luc. XII, 47. 48. Io. XV, 22. 24. Hebr. II, 1-4. Accidit etiam, vt nonnulli ob perseverantem repugnantiam vel defectionem peruersæ voluntati suæ a Deo, ad declarandam iustitiam suam, relinquuntur, et in iudicium indurationis tradantur: qua de re supra Part. II. Artic. II. §. IV.

§. VII.

Dignitas et præstantia diuinæ vocationis tam Dignitas
ex infelicitate elucet, ex qua summum Numen et præ-
homines euocat, Luc. XIX, 10. Eph. II, 11-13. stantia vo-
19. quam e bono, ad quod demonstrandum cationis
et percipiendum eos vocat et inuitat. Vocat vnde elu-
enim Deus ad resipiscenciam, Matth. IX, 13. cet?
ex tenebris in suam lucem mirabilem, 1 Petr.
II, 9. ad Filii sui Iesu Christi communionem,
1 Cor. I, 9. ad acquirendam gloriam Domini
nostri Iesu Christi, 2 Thess. II, 14. ad recrea-
tionem et requiem, Matth. XI, 28. 29. ad
sanctimoniam, 1 Thess. IV, 7. ad libertatem,
Gal. V, 13. ad pacem, Col. III, 15. ad bene-
dictionem, 1 Petr. III, 9. ad imitationem
Christi in perferendis æquo animo afflictio-
nibus, 1 Petr. II, 21. ad locupletem glorio-
samque

sanque hereditatem, destinatam sanctis, Eph. I, 18. ad regnum ac gloriam suam, 1 Thess. II, 12. ad æternam suam gloriam per Christum Iesum, 1 Petr. V, 10. ad palmam, Phil. III, 14. ad nuptiarum Agni cœnam, Apoc. XIX, 9. ad vitam sempiternam, 1 Tim. VI, 12. Ut summatim dicam, Deus (non aliter tamen, quam in ordine respicientiæ ac fidei,) vocat ex omni miseria, quam primi hominis defectio induxit, ad constantem et perpetuam omnis generis beatitatem, quam Christus, secundus Adam et Dominus de cælo, acquisiuit.

§. VIII.

De indole
et ratione
vocationis
quid no-
tandum?

De indole et *ratione* diuinæ vocationis notandum est: (1) Quod sit *seria*, siquidem Deus sincere vult, ut omnes ac singuli hac ipsa ad se trahi patiantur, Ies. LXV, 2. quæ sincera Dei voluntas in Christo perfecte sese manifestauit, Matth. XXIII, 37. Luc. XV, 3. seqq. XIX, 10. 41. Vnde in nobis etiam sincerum studium in alicum hominum salute procuranda per indefessum laborem, constantem tolerantiam, supplicemque interpellationem prodere sese debet, Gal. IV, 19. Col. I, 28. 29. II, 1. 1 Tim. II, 1. 2 Tim. II, 10. Rom. IX, 2. 3. X, 1. Apoc. II, 2. 3. (2) Quod *ex parte Dei* sit *efficax*, dum non tantum bona cælestia vnâ cum ordine pœnitentiæ, fidei ac sanctificationis per vocationem suam nobis offert ac proponit, sed etiam ad

ac-

acceptanda ista bona et ad parendum ordini suo necessarias vires per verbum simul sufficit, Rom. I, 16. 2 Petr. I, 3. Vnde Christus eam vocat tractum Patris, Io. VI, 44. (3) Quod sit *resistibilis*, et homines culpa sua illius efficaciam infirmare possint atque excludere, Matth. XXIII, 37. Act. VII, 51. XIII, 46. Rom. X, 16. 1 Cor. I, 26. Gen. VI, 3. *LUTHERVS* in Io. I. Tom. VI. Alt. fol. 1137. b. „*Vita et lux* „*semper in mundo est, viuificat, lucet, splendet ac fulget perpetuo, nos ad nouam natiuitatem perducit, modo clarius lucet, modo obscurius, instituit homines, quomodo credere, et diuinam vitam viuere debeant, monstrat eis viam ad vitam et salutem sempiternam.* „*Quomodo autem accipitur? Nemo, aut certe pauci, eam curant cupiuntque, immo mundus eam videre, cognoscere, audire non vult, sed conuiciis appetit, eosque male tractat, per quos lucet.* „

§. IX.

Officium nostrum secundum hanc doctrinam est, (1) illicienti spiritualium nostrum
officium nostrorum voci aures obstruere, contra ea voci Dei sine mora obsequi, Gal. V, 16. hanc doctrinam
Eph. V, 6. Iac. IV, 7. Pl. XXXII, 9. Hebr. III, 7. quod-
seqq. Prou. VI, 9. 10. (2) caelestem vocationem?
nem sic dictæ seculari et terrestri vocationi longissime præferre, nec committere, vt hæc
ab ista nos auocet, Luc. XIV, 17. 24. Matth.
VI, 33. XXII, 5. (3) Patrem caelestem orare,

I

VI